

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vocabularius

Nestor, Dionysius

[Venedig], 26. Juni 1488

G

[urn:nbn:de:bsz:31-299724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299724)

Hieronymus ad usuram dare: foenerari uero an usuram accipere. Vnde Hieronymus in ec-
 clestastico capitulo. xxviii. in principio ait.
 Qui facit misericordiam / foeneratur proximo suo: & qui praeualet manu / ma-
 data seruat. Et subdit. Foenerare proximo tuo in tempore necessitatis illius.
 Foenerator / & qui dat / & qui ad usuram accipit dicitur.

Gellius Foenus huius scenoris / a quo / scenoro deriuatur / & scenoror / cum œ diphtho-
 go scribitur. Nam a foetu (ut libro. xvi. noctium atticarum Gellius refert) di-
 ctum Varro putauit. Quod etiam Nonius tradidit: & Festus dicens. Foenus
 appellatur naturalis terrae foetus: ob quam causam / & nummorum foetus / foe-
 nus est uocatus: & de ea re leges scenebres. Hic ille. differt aut scenus a mutuo /
 hoc pacto: q̄ (ut tradit Nonius) mutuū sine usuris / scenus cū usuris fuit. Luca.
 Lucanus Hin usura uorax: auidumq; in tempore scenus. Plautus in asinaria. Nā si mu-
 tuo non potero / certum est accipiam summā scenore. Foenum cum œ diph-
 thongo scribitur: nam & a foetu deducitur / dicente Pompeio. Foenum quoq;
 pratorum / hac causa / a foetu est appellatum: quando id ipsum manens / quo
 tanis nouū parit. Vñ ē (ut ait) foestuca uocata ē. Neq; a phos foenū descendit /
 qa scilicet foenū facile incendat / ut cū Catholico ridiculus Vgutio somniauit.

Iuuenalis Far huius farris cū duplicato r / in obliquis scribitur Genus est anona: ex quo /
 farratum / farrei libi genus conficitur. Iuuenalis satyra. xi.
 Ponebat igitur Tusco farrata catino. Rursum a farre / hac farrago dicta est:
 quod (ut scribit Festus) id appellatur / quod ex pluribus satis pabuli cā datur
 iumētis. Vnde & diuersarum rerū cōmixtio / dici pōt. Iuuenalis satyra p̄ma.
 Quicquid agunt homines / uotum / timor / ira / uoluptas /
Perſius Gaudia / discursus / nostri est farrago libelli. Perſius. tenui i farragine mēdax.
 A farre item / farrina deriuat. Cuius prima syllaba cum apud poetas correpta
 sit / cum unico r scribatur necesse est. Ouidius de medicamine faciei.
Ouidius Namq; ubi pulueræ fuerint cofusa farinae. Virgilius in moreto.
Virgilius Transfert inde manus infusas cribra farinas. Martialis.
Martialis Pascitur & dulci facilis gallina farrina.

Nonius Allia cum duplicato l scribitur: & ē triplex: tonsa: comata: bracha
 ta. Inde uenit Gallus: Gallicus: necnon & Gallius / teste Nonio / Sa-
 gustium inducente / dicentem libro historiarum quarto. Duæ Gal-
 liae: mulieres conuentum uitantes / ad menstrua soluenda mōtem
 ascendunt. Gallus / & Gallina nota sunt uocabula. Gallus item p̄
Virgilius prium fuit uiri nomen: qui & Cornellius dictus est: cuius meminit Virgilius
 in bucolicis / quom ait.
Ouidius Pauca meo Gallo: sed quæ legat ipsa Lycoris. Et Ouidius inquit.
 Quis potuit lecto tutus discedere Gallo? Est et eodem nomine fluuius Phry-
 giæ / dicente Ouidio libro fastorum quarto.
 Inter (ait) uiridem Cybelen / altaq; Celenas /
 Amnis id in sana nomine Gallus aqua. Galla / proprium fuit mulieris nomē:
Iuuenalis de qua meminit Iuuenalis / quom dixit. Profer Galla caput. Est & eiusdem no-
Ptolemæus minis Mediæ urbs / teste Ptolemæo. Galla item quercuum fructus dicitur.
 Cerdonum etiam quoddā istrumentū / galla appellatur. Galea cum unico l /
Vgutio cassis uocatur: quod Vgutio etiam hoc galear dici posse affirmat.
Valerius Gerrhus cum duplicato r / secūdo aspirato scribitur. apud tamē Valeriū Flaccū /
 cum unico r Gerus scriptū ē: ubi primā corripit syllabā. Fluuius est Scythiæ /
Herodotus teste Herodoto libro historiarū quarto: quē Ptolemæus Sarmatarum esse te-
Ptolemæus statur. Gerrhæ eadem scriptura / & cum œ diphthongo in secunda syllaba / cra-
 tes appellantur uiminea: unde gerrhæ nugæ / & gerrho nugator dicitur / au-
Varro etoribus Varrone de lingua latina / & Pompeio / in hæc uerba dicente. Cum
Pompeius Athenienses Syracusas obsiderent / & Crebro cerrhas posserent / irridentes
 Siculi / gerrhas clamitabant. Inde factum est / ut gerrhæ pro nugis ex contem-
 ptu dicatur. Et alibi idē Pōpeius. Cerrhones (inqt) leues / & inepti / a cratibus

Foenus
 Focnum
 Foestuca
 Far
 Farratum
 Farrago
 Farina
 Gallia
 Gallus
 Gallicus
 Gallicanus
 Gallius
 Galla
 Galea
 Galear
 Gerrhus
 Gerus
 Gerrhæ
 Gerrho
 Gerrhes
 Gerrha

Scruvius dicitur scilicet Siculi aduersus Athenienses erantibus prostratis sunt nisi: quas Graeci certhas uocant. Neq; a gero geris gerrho descendit ut Vgutio somniauit: quin nec a garrus garris ut Scruvius tradidit scriptor Varrone & Pompeio posterior. Plautus in Persa. iam pol ille hic aderit (credo) congerrho meus. Gerrhae item ab incolis Naxi insulae dicuntur: quae alii fascina appellant. Plinius Gerrhes eadem scriptura genus est locustarum ut scribit Plinius. Martialis. Teq; iuuant gerrhes. Gerrha eadem scriptura nomen est trium urbium ut ex Ptolemaeo colligere potui: quarum una est penes Euphratem fluium in Syria: alia prope Traconitas Arabas: alia in foelici Arabia.

Vgutio Gigas huius gigantis cum i latino scribitur: comunisq; (si Vgutioni creditur) generis est. Sunt autem dicti a poetis gigantes terrae filii sine patre. Gyges cum Hesiode y graeco proprium fuit uiri nomen: qui teste Hesiodo in theogonia caeli & terrae filius fuit. hic centum manus habuisse describitur dicente Ouid. li. tristiū. Centimanumq; Gygem. Alius eodem noie pastor fuit regis Lydiae: q postea rege occiso rex Lydiae effectus est teste Platone. Alius quida eiusdem nois puer fuit Cnidius: cuius meminit Horatius in secundo carminum dicens. ut pura nocturno renidet Luna mari Cnidiusue Gyges. Est & eodem nomine fluius Lydiae: qui ab Homero li. iliados. xx. Gygeus cum a diphthogo ponit. Vnde & Propertius ait. Lydia Gygea tineta puella lacu.

Gesta neutro genere acta dicuntur: gestus autem masculino quibus indicatur quae uerantur auctore Pompeio appellari possunt.

Galbanus foeminino & galbanum neutro genere declinari potest. Seruius super georgica. Quom iam hic processerit morbus galbanus incendenda est. Hieronymus in ecclesiastico capitulo. xxiii. Et quasi styrax & galbanus & ungula & gutta. Lucanus libro nono.

Hic ebulum stridet: peregrinaq; galbana sudant. Lachryma est teste Dioscoride haerba cuiuspiam similis ferulae: quae ab ipso frutice in aestate prorumpit: qui & apud Plinium frutex est. Galbanum item genus est uestimenti dicente Iuuenale satyra secunda.

Caerulea indutus scutulata & galbana rafa.

Gluten neutri generis & hoc glutinum teste Nonio declinari in recto potest.

Galerus cum unico l scribitur: nam primam corripit syllabam. Virgilius aeneidos libro septimo.

fuluosq; lupi de pelle galeros. Pileus est: & clypei genus teste Seruio: quod & hoc galerum declinari potest auctore Frontone. Vgutio declinat et hoc galerium.

Geryon huius geryonis in recto dici debere quidam uoluerunt ut refert Varro de analogia libri secundo. quod tamen (ut ait) nonnulli reprehendunt. Seruius autem Geryones huius Geryonae declinari praecipit. Vnde Virgilius libro aeneidos octauo ait.

Tergemini nece Geryonae. Sed & Geryones huius Geryonis declinari potest: et si Seruius neget. Macrobius in saturnaliis. Quia Herculi (cum boues Geryonis per Italiae agros duceret) sitienti respondit mulier: aquam se non posse praestare. Hic & Geryoneus teste Prisciano dici potest. Et cum y graeco scribitur. proprium fuit uiri Hispani. nomen.

Gibbus cum i latino & duplicato b & gibber hoc distat: q gibbus tumor est in dorso: gibber uero is dicitur qui gibbum habet.

Gyrus cum y graeco scribitur: & dici potest circulus uel ambitus: quod Vgutio etiam hoc gyrum declinari posse tradidit. Gyarus cum y graeco insula parua est: una ex cycladibus: de qua Virgilius libro aeneidos tertio.

Mycone Gyaroq; reuinxit. Et Ouidius libro metamorphoseos septimo. Et Gyarus nitidatq; ferax Peparethus oliuae. Iuuenalis plurali numero declinauit: quom dixit satyra prima.

Aude aliquid breuibus Gyaris & carcere dignum.

Guttus cum duplicato t & hoc guttrum declinari potest. Vas erat ligneum uinum

Gigas
 Gyges
 Gygeus
 Gesta
 Gestus
 Galbanus
 Galbanum
 Gluten
 Glutinum
 Galerus
 Galerum
 Galerium
 Geryon
 Geryones
 Geryoneus
 Gibbus
 Gibber
 Gyrus
 Gyrum
 Gyarus
 Guttus

Varro	guttatim fundens / teste Varrone: quod & sacris adhiberi cōsueuerat. Guttus item / uas erat ex cornu / oleum guttatim fundēs lauantes se in balneis: de quo Iuuenalis intellexit / quom ait satyra tertia.	Guttum Guta Guttur
Iuuenalis	& pleno componit lintea gutto. Hic prima aestimatione / ex cornu fiebat rhinocerotis: quare etiam rhinoceros a Martiale uocatus est. Ait enim. Gestauit fronte modo me iuuenus:	
Martialis	Verum rhinoceros me putabis pleno gutto. Gutta stilla cadens appellatur: et si Isidorus libro tertio decimo. guttam stare dixerit: stillam cadere. Gutta item a nonnullis podagra dicitur. Martialis.	
Martialis Caper Probus	Litigat & podagra Diodorus. Flacce laborat. Guttur etiam cum duplicato / neutri & masculini generis ē / testibus Capro / Probo / Prisciano. Virgilius libro aeneidos sexto.	
Priscianus Virgilius Plautus	Obiicit ille fame rabida / tria guttura pandēs. Plautus in aularia. Etiam ne obthurat inferiorem gutturem	
Plinius Virgilius	Glans / & glandis / in recto / declinari potest. Plinius libro .xvi. naturalis historiae. dulcissima est omnium glans phagi. Virgilius. Et de concussa tantum pluit ilice glandis. Ponitur & nonnunq̄ pro plumbo / in modum glandis informato. Ouidius libro metamorphose .xiii. ut lata Plumbea funda	Glans Glandis Glandium Glandula
Ouidius	Missā solet medio glans incandescere caelo. Salustius in Iugurtha. Pars enim glande / aut lapidibus pugnare. Marcellus. Glandis est plumbum in modum glandis informatum. Hoc glandium / pars quaedam est intestinorum / interprete Prisciano. Alii uolūt partē esse apri iuxta ceruicem: iuxta illud qd̄ legitur in legibus sumptuariis: ubi sic habetur. Quae glandia syncipitia uerri na mensis intercidunt. Glandium (ut idem tradit Priscianus) format per diminutionem glandula: ut est etiam apud Martialem. Partitur apri glandulas palæstritis.	
Salustius Marcellus	Gladius / & gladium / in recto / declinari potest / teste Varrone / libro secundo de analogia.	Gladius Gladium
Priscianus	Glaucoma huius glaucomatis / & hoc glaucomatum / & haec glaucoma huius glaucomae / teste Prisciano / declinari potest. Plautus in milite. Glaucoman oculis obiiciemus. Id est quod obducit oculos: uel uelamen illud est / quod oculi pupillam obtenebrat.	Glaucoma Glaucoman tum
Priscianus Marcellus	Globus masculini generis est / dicente Virgilio. Lucentemq̄ globum lunae: quod & hoc globus huius globi / sicut uulgus / pelagus / testibus Capro / & Probo / declinari potest. Glomus masculini generis: ē ut est apud Horatium in epistolis. Ut uinosa glomos furtiuae Pyrrhia lanæ: quod & hoc glomus huius glomeris / auctore Prisciano / declinari potest.	Globus Glomus
Virgilius Caper Probus Horatius Priscianus	Glisco / & gliscor / deponens / antiqui protulerūt / teste Marcello / Sempronium inducente dicentem. Ut maior inuidia lepide glisceretur: id est cresceret. Significat etiam gliscere / desiderare.	Glisco Gliscor
Marcellus Sēpronius	Glis huius glitis cum duplicato / foemini generis est: & terra argillosa uocatur. Glis huius glitis / foemini etiam generis / carduus dicitur. Masculini autem generis / animal est / muri simile: & tunc in ris format genitiuum. Vnde uersus. Terra tenax / glis formabit glis genitiuo: Ris quadrupes: glitisq̄ dabit tibi carduus inde.	Glis
Catullus	Gramma huius grammatis cum duplicato m / & hoc grammatum / in recto / declinari potest: sicut epigramma / & epigramatum: ut in ipsa dictione uidimus. Grammatica huius grammaticae cum gemino m / & grammaticae huius gramma tices / declinari potest.	Gramma Grammatum Grammatica Grammaticae Grauitas Grauitudo Grauedo Granditas Gradauitas
Nonius	Grauitas / grauitudo / in uno significato accipi possunt. Grauedo itē genus est morbi de quo Catullus ad fundū. hic me grauedo / frigida / & frequens tussis. Granditas / maior aetas dicitur: sicut & grandaenitas cum æ diphthongo in secunda syllaba. Vnde & in uno significato accipi possunt / teste Nonio	

anna
dius
ius
ius
ius
bus
atius
atius
tialis
nerus
ius
dius
inus
onius
Glius
Gius
Glio
Glas
tum
cellus
Grianus
lius
ius
gilius
entius
ratius
gilius
nius
iidius
omulus
iscianus
cero
cero

Sisennam inducente dicentem libro historiarum quarto. Neq; ætatis gran-
 ditatē neq; ea merita neq; ordinis honestatē aut dignitatē sibi eē excusatiōi.
 Grator & gratulor in uno significato accipi possunt: significantq; cum alio
 pariter gaudere: & quandoq; sibi ipsi: ut est apud Ovidium libro meta. viiii.
 O superi totoq; libens mihi pectore grator. Tullius in epistolis. Epistolam
 uero osculatus & ipse mihi gratulatus sum. Gratulor item significat gratias
 agere: ut Nonius testatur & Seruius. Inde grates & gratiæ dictæ sunt: quæ
 scilicet pro meritis aguntur.

Græcus cum æ diphthongo & c exili scribitur. Rex fuit Atticæ regionis: a quo
 Græcia ipsa cognominata est: quæ & Græciæ plurali tantū numero dici pos-
 sunt. Vnde in legenda sancti Ioannis papæ legitur. Non meruisse partes Græ-
 ciarum uicarium beati Petri suscipere. Probus in prologo super bucolica.
 Nam cum Xerxes Græcias affectaret & terribilis esset: relictis ciuitatibus
 omnes Græciæ in deserta loca refugerunt. Horatius in epistolis.
 Græcia Barbariæ lento collisa duello.

Glycerium cum y græco & glyceria proprium mulieris nomen: declinari po-
 test: quin etiam & Glycera. Horatius in primo carminum.
 Vrit me Glyceræ nitor. Martialis.
 Præferri Glyceræ foemina nulla potest.

Gortyna cum t exili & y græco scribitur. Vrbs fuit Cretæ teste Homero libro
 iliados secundo: quæ a nonnullis Cortyna cum c exili scribitur.

Getæ cum t exili populi sunt Thraciæ teste Plinio libro quarto naturalis hi-
 storici: de quibus Ouidius libro secundo de ponto meminit dicens.
 Nulla Getis toto gens est truculentior orbe. Apianus autē eos dicit esse po-
 pulos: quos alias Dacos uocant. Alii eos esse affirmant: qui alio nomine Go-
 thi cum th aspirato appellatur: de quibus Aufonius.
 Huc possem uictos inde referre Gothos. Apud græcos tamen Gotthia cum
 primo t exili secundo th aspirato scribitur: ut libro ultimo super regulā p
 subeunte breuis o fit: uidebimus. At uero Salustius & Seruius super librum
 septimum æneidos illos Mysios esse dixerunt: a Lucullo superatos. Vgatio
 nult Getas Gætulos esse: qui quidem Aphricæ populi sunt. Quam Plinius li-
 bro quinto naturalis historiæ dixit hactenus fuisse Aetolorum partem. Sed
 Pulsi postea incolæ propriam (ut ait) fecere gentem uersus Aethiopus.

Gubernaculum & gubernum in uno significato accipi possunt teste Marcello.
 Neq; ex cohibeo & hybernus componitur: ut ridiculus cum Catholico so-
 niavit Vgatio. Sed a uerbo græco descendit: quod illi κνβερναω scriptitant
 teste Prisciano in primo de orthographia. Lucillius satyrarum. xx. Proras dif-
 poliate: & deo dote gubernæ. Quod nos gubernator græci κνβερνητωρ dicunt.

Genæ plurali tantum numero proprie oculorum palpebræ dicuntur: teste
 Seruio. Vnde Virgilius libro æneidos sexto ait.
 Effusæq; genis lachrymæ. Terentius tamē singulari numero protulit: quom
 dixit. hodie non compressi genam genæ. Nonnunq; genæ ponuntur pro eo
 loco ubi nascuntur pilæ: ut est apud Horatiū in ultimo carminū. Vel cur his
 animis incolumes nō redeūt genæ? Virgilius. Tum mihi prima genas uesti
 bat flore iuuentus. Malæ autē infra oculos sunt: & ibi maxime ostenditur pu-
 dor: ut dixit Plinius libro. xi. naturalis historiæ: pro quibus quando & ge-
 næ ponuntur. Vnde Ouidius de Lucretia oppressa ait in fastis.
 Et matronales erubere genæ. Romulus de musca loquens.
 Reginæ teneris oscula figo genis. Genua: urbs est Liguriæ: quam nra ætas
 Ianuam appellat. Hoc genū & hoc genus huius geni: sicut uulgus pelagus
 & hoc genu & hic genus huius genus: teste Prisciano in recto declinari pōt.
 Neq; a gena deriuatur: quia scilicet sit in utero matris: genis oppositum: ut
 Vgatio & Catholicon somnariunt: sed a γονυ quod Græci dicunt. Cicero
 in Arato. Tertia sub cauda genus ipsum ad lumina pandit. Idem in eodem.
 Atq; interflexum genus & caput alitis hæsit. Genus huius generis

Grator
Gratulor
Grates
Gratiæ
Græcus
Græcia
Græciæ
Glycerium
Glyceria
Glycera
Gortyna
Cortyna
Getæ
Daci
Gothi
Mysii
Gætuli
Gubernacu-
lum
Gubernum
Genæ
Genua
Genum
Genu
Genus
Genæ

- Accius** generatio/prædicabile/maneries/accidens partium orationis/qualitas substantialis intelligitur. Gener huius generi/ secundæ declinationis est: sed & tertiæ comperitur. Vnde Accius recitâte Nonio/ inquit in Alcmena. Cum te uiderit socerum generibus tantam esse impietatem. Dicitur est autem gener/ auctore Seruio/ q̄ aud agendum genus adhibeatur.
- Nonius**
- Seruius** Gaudéo facit in præterito gauisi/ & gauisus sum/ Teste Prisciano/ Liuium referente dicentem in odyssea. Quoniam audiui pacem/ gauisi. Et Lucius Hemina annalium secundo/ ait. Idq̄ admiratum gauisi.
- Priscianus** Ganeum neutro/ & ganea foemino genere/ declinari potest: & cum unico n scribitur. Neq̄ a gannio gannis deducitur/ ut cum Catholico Vgutio somnia uit: sed ἀπὸ τῆς γῆς/ quod scilicet ipsum sit in terra: non ut coenacula superius/ teste Donato super tertiam comœdiam Terentii. Nam teste Pompeio/ locus abditus est: & uelut subterraneus: qui (ut scribit Marcellus) uinolentiæ/ ac libidini/ aptus est. Vnde idem Donatus meretricum tabernam appellatam dixit. Terentius in adelphis. Vbi ego illum queram? credo abductum in ganeum. Columella in prologo rei rusticæ. Mox deinde ut apti ueniamus ad ganeas/ quotidianam Laconicis cruditer excoquimus: & exusto sudore sitim quærimus. Plinius ubi de porco loquitur/ neq̄ ex alio (inquit) animali/ numerosior materia ganeæ. Et a ganea/ uenit hic ganeo/ teste Pompeio. Et is dicitur/ qui lustra frequentat. Cicero in Catilinam. Quis ganeo/ qs adulter/ quæ mulier infamis/ quis corruptor iuuetutis/ Iuuenalis satyra. xi. Sed laudem siliquas/ occultus ganeo pulter.
- Donatus** Grus huius gruis/ tam masculini/ q̄ foemini generis est/ testibus Prisciano/ & Pompeio.
- Pompeius** Phoca: quin etiam/ hic & hæc gruis in recto declinari potest/ teste Seruio super .xi. librū ænicos. Auis est nota. Inde sit gruo gruis uerbū: quod quidem gruū est/ quom uoces edunt. Vnde auctore Pompeio/ congruere dictū est/ hoc est conuenire: quia (ut ait) id genus uolucrū minime foliagum est.
- Donatus** Gnosus urbs fuit Cretæ/ teste Ptolemæo: quæ a nonnullis Cnosus cum c exili scribitur ut in ipsa dictione uidimus.
- Terentius** Gynæcium cum y græco/ & æ diphthongo/ & c exili/ sequente i latino scribit. locus est in ædibus/ solis mulieribus datus ad habitandum. Nā a mulieribus dictum est: quas Græci γυναικῶν uocant. Terentius in phormione. Vbi in gynæcium ire ocepit/ puer ad me occurrit. Hæc & gynæconitis appellatur.
- Aemilius** Vnde Aemilius Probus in proemio de excellentibus ducibus/ ait. Nec sedet nisi in interiori parte ædium: quæ gynæconitis dicitur.
- Ptolemæus** Gnatus/ pro eo qui est natus/ & gnosco pro nosco/ dici potest.
- Beda** Gemo/ gemes secunda/ & gemo gemis tertia coniugatione/ declinari potest/ teste Beda super Donati artem.
- Ptolemæus** Ganges/ fluuius est Indiæ/ teste Ptolemæo: & facit in genitiuo Gangis/ uel Gangetis. Ouidius libro metamorphoseos quarto.
- Ouidius** Decolor extremo qua cingitur India Gange. Gange huius Ganges/ urbs est Indiæ regia/ ut idem Ptolemæus ostendit.
- Ptolemæus** Grunio grunis/ & grudio grundis/ in una significatione poni possunt/ auctore Diomede. Iuuenalis satyra. xv.
- Iuuenalis** Et cum remigibus grunisse Elpenora porcis. Cæcilius. Cruento ita ore grundibat miser/ pro grundiebat. Claudius Quadrigarius annalium. xv. Grundibat grauer pecus suillum. Porcorum proprium est/ quom uoces edunt/ auctoribus Ouidio libro de philomela/ Marcello. Pompeio.
- Cæcilius** Grunio
- Claudius** Grundio
- Ouidius**
- Marcellus**
- Pompeius** Gracilus secunda/ & gracilis tertia declinatione/ declinatur/ teste Nonio/ Lucilium inducente dicentem satyrarum. vi.
- Nonius** q̄ gracila est pernix/ q̄ pectore puro/ Quod puero similis.
- Lucillius** Gracilens/ & gracilentus/ in una significatione/ dici potest teste Nonio. quod etiā cracens cum c exili dicitur/ ut scribit Festus/ dicente Ennio.
- Nonius** Succincti gladiis/ media regione cracentes.
- Festus** Gracilitas/ gracilitudo/ gracilum/ in uno significato accipi possunt/ teste Nonio.
- Ennius**
- Nonius**

erōymus Gomorra fœminino / & Gomorum neutro genere declinari potest. Hieronymus in Genesi capitulo. xiiii. Itaq; rex Sodomorum / & rex Gomorra / terga uerterunt: cecideruntq; ibi. Solinus de situ Iudææ. Ibi duo oppida: unum Sodomum / alterum Gomorum appellatum.

Gonorrhœa cum unico n / & duplicato r / secundo aspirato / & æ diphthongo i penultima syllaba scribitur: & dici potest / semen fluens / uel seminis fluxus: quod ab Vgutione / & Catholico / corruptis tam uocabulo / q̄ etymologia / gomorra a Gomorra dicitur. Nam γορροσ græce / Latine semen / & ροη fluxus interpretatur. γορροσ item græce is dicitur / qui apud nos filius. Quod per cōpositum patet / Antigonus / chryfogōus.

Gryps huius gryphis cum y græco scribitur. Animal est quadrupes / & penatū: quem nonnulli gryphonē appellant. Hic ab Vgutione gryphes in recto declinari præcipit. Verū Græci γρυψ in recto declinat. Virgilius in bucolicis. Iungentur iam gryphes equis. Gryphus cum y græco / nasus gibbus / seu aquilinus uocatur / a gryphis similitudine.

Gigno gignis / & geno genis (quod teste Prisciano / ueteres protulerunt) cōpeditur. Vnde Lucretius libro tertio ait. tanto magis inficiandum Totum posse extra corpus durare / geniq; / pro gigni.

Gargarus in singulari numero masculini generis est: in plurali uero / neutri / teste Phoca / dicente Ouidio libro de arte amandi. Gargara quot segetes / quot habet Methymna racemos. Cacumina sunt montis Ida: dicta ἀπὸ τοῦ γαργαραίειν τὰς πηγὰς: idest ab emittēdis fōtibus. Vnde est illud Ouidii in metamorphosi. creberrima fontibus Ida: ubi nonnulli legunt celeberrima. Verum legendo creberrima / magis etymologia conuenit. Nam & Homerus πὸ λυπὶδ ἀκᾶ: idest multorū fontiu uocat. Seruus aut super librum octauū æneidos / uult ut dicta sint / quasi κᾶρᾶ κᾶροσ / hoc est caput capitis: idest altitudinis altitudo: & ideo cum c in initio gargara / q̄ cum g scribi debere. Sed nostra magis placet deriuatio. est & eiusdem nominis oppidum sub ipso monte: a quo / Gargares oppidani sunt dicti: teste Macrobio in saturnalibus.

Garganus in singulari numero / masculini generis ē: in plurali uero / neutri. Mons est in Iapygia / teste Seruio: & producit mediam syllabā. Lucanus libro. v. Apulus Adriacas exit Garganus in undas.

Grex tam fœminini / q̄ masculini generis est / testibus Capro / & Probo. Lucretius libro secundo. Bucceriazq; greges sub eodem tegmine cæli. Potest etiā declinari hic & hæc grex / quom scilicet gregalis interpretatur. Vnde Augustinus li. xii. de ciuitate dei capitulo. xxi. ait. Nam cum animantes alias solitarias / & quodam modo soliuagas / idest quæ solitudinem magis appetant / secuti sunt aquilæ / milui / lepores / lupi / & quæcūq; alia ita sunt / alias uero greges instituerit / quæ cōgregare / atq; in gregibus malint uiuere / ut sunt colūbæ / sturni / cerui / damulæ / & cætera huiusmodi / utruq; tamen genus non ex frugibus propagauit: sed plura simul iussit existere.

Gaufapes masculino / gaufapa fœminino / gaufape neutro / & gaufapum / teste Prisciano declinari potest. Casius ad Meccenatem. Gaufapo purpureo salutatus. Horatius libro secundo sermonum. Gaufape purpureo mensam perterfit. Nam hic ablatiuus gaufape / non uenit ab eo quod est gaufape neutri generis: sed ab eo qui est gaufapes masculini: quo scilicet genere / apud Græcos γᾶψ ἀπὸσ profertur / teste Varrōe de lingua latina. Gaufape enim / facit in ablatiuo gaufapi: etsi Priscianus / & Alexander / aliter sentiant. Persius. Tum cum maxillis balanatum gaufape pectis. Idem: Iam chlamydes regum / iam linea gaufapa captis. Ouidius de arte amandi. Gaufapa si supsit / gaufapa supra pba. Inde hæc gaufapia pēultia correpta martialis. Mensē uel angusto sumere gaufapinas. Genus est uestis.

Gracilitudo
Gracilum
Gomorra
Gomorrū
Gonor
rhœa
Gryps
Grypho
Gryphes
Grypus
Gigno
Geno
Gargarus
Gargares
Garganus
Grex
Gregalis
Gaufapes
Gaufapa
Gaufape
Gaufapum
Gaufapina

Martialis	Gobius cum i latino / & gobio in recto declinari potest. Martialis.	Gobius
Iuuenalis	Principium coenae / gobius esse solet. Iuuenalis. cum sit tibi gobio tantum in oculis. Genus est piscis.	Gobio
Marcellus	Gemitus quarta / & secunda declinatione / declinari potest / teste Marcello. Vnde	Gemitus
Plautus	Plautus ait in aularia. Tantum gemitu / & maesticia / mihi hic dies obtulit.	
Festus	Gaulus / genus est nauigii / teste Festo. Gaurus cum r / foeminini generis infula est	Gaulus
Stadius	de qua Stadius. Gaurus naualibus apta. Masculini autem generis. Gaurus /	Gaurus
Ptolemaeus	mons est Aethiopiae / teste Ptolemaeo. Alius eodem nomine mons est Cam	
Virbius	paniae / teste Virbio: de quo Iuuenalis.	
Iuuenalis	Suspectumque iugum Cumis / & Gaurus inanis.	
Plutarchus	Gelon cum unico l / tyrannus fuit Siculus: cui Hiero successit / teste Plutarcho.	Gelon
Herodorus	Gelonus cum unico l / filius fuit Herculis: a quo / Gelones / uel Geloni / popu	Gelonus
Horatius	li Scythici (utroque enim modo dici potest) cognominati sunt / teste erodo /	Gelones
Virgilius	to libro historiarum quarto. Neque a gelu dicti sunt / ut cum Catholico Vgu /	Geloni
Lucanus	tio somniauit. Horatius in tercio carminum.	Gela
Ptolemaeus	Visam phaeacratos Gelones. Virgilius georgicorum secundo.	Gelu
Virgilius	Eoasque domos Arabum pictosque Gelonos. Lucanus libro quarto.	Gelum
Syllius	Massagetes quo fugit equo / sorteque Geloni. Gela cum unico l / urbs est Siciliae /	Gelus
Ouidius	teste Ptolemaeo / a Gela fluuio cognominata / dicente Virgi. li. aeneidos. iii.	
Marcellus	Immanisque Gela fluuii cognomine dicta. Syllius libro. xiiii.	
	Venit ab amne trahens nomen Gela: uenit & Hesa. De hoc fluuio Siciliae me	
	minit. Ouidius fastorum. iiii. dicens.	
	Et te uorticibus non adeunde Gela. Gelu cum unico l / & hoc gelu / teste Mar /	
Priscianus	cello / declinari potest: quin etiam hic gelus huius gelus quarta declinatione /	
Accius	teste Prisciano. Accius in prometheo. Profusus hyberno flammie gelus. Lucreti li. vi.	
Lucretius	Demittit quasi saepe gelum / quod continet in se. Idem libro quinto.	
Lucretius	Assiduosque geli casus mortalibus aufert.	
Apuleius	Aeres cum a diphthongo / teste Apuleio scribitur: & communis	Haeres
Priscianus	generis est / teste Prisciano. Et facit in genituo haeris / uel haere /	Haeredum
Marcellus	dis / auctoribus Marcello / & Pompeio. Et (ut idem scripsit Po /	
Pompeius	peius) haeres apud antiquos dominus putabatur. Inde (ut ait)	
Pompeius	Haeredium paruulum praedium dictum, est.	
	Haeresis cum a diphthongo scribitur: nec ab haereo haeres deducitur / ut cum Ca	Haeresis
	tholico Vgutio somniauit. Sed ab aere / quod opto significat / uel eligo /	
	deriuatur. Vnde & optio dici potest / seu electio. Inde composita dihaeresis cum	
	i latino / & a diphthongo: synhaeresis cum y graeco / & a diphthongo.	
Nonius	Halec huius halecis cum aspiratione in initio / & unico l / scribitur. Na & a No /	Halec
Diomedes	nio inter dictiones aspiratum principium habentes collocatur. Et tam foemi	
Caper	nini / quae neutri generis est / auctoribus Capro / Diomede / Prisciano. Martialis.	
Priscianus	Cui portat gaudens ancilla paropside rubra	
Martialis	Halecem: sed quam protinus illa uorat. Horatius sermone quarto decimo.	
Horatius	Ego faece primus / & Halec / Primus & inueni piper album cum sale nigro.	
Plinius	Piscis est genus: & liquaminis. Plinius. Halec imperfecta / nec colata.	
Apuleius	Hysopus foeminino / & hysopum neutro genere / declinari potest: & cum aspira /	Hysopus
	tionem in initio / & y graeco / teste Apuleio scribitur: ut etiam li. ultimo sup regulam	Hysopum
	p subeunte breuis o fit / ostendemus. Et quae apud Latinos prima (ut libro praefato	
	probabimus) syllabam corripit / cum unico l / scribi oportet. Graeci tamen cum	
	l geminato υσσωπου scriptit. Herba est pulmoni plurimum conferens.	
	Hellen cum duplicato l / scribitur. Fuit filius Deucalionis. Helle huius Helles cum	Hellen
	gemino l / fuit Athamantis Argiuorum regis filia. Hellas huius Helladis cum du	Helle
	plicato l / regio est: quae alias Graecia uocatur. Elis huius elidis absque aspiratio	Hellas
Ptolemaeus	ne principii / & cum unico l / & i latio / urbs est Arcadiae / teste Ptolemaeo. Sta	Elis
Stadius	tius libro thaeaidos secundo.	Helix
	Sed mihi nec Sparta genitos / nec ab Elide missos. Helix huius helicis cum aspi	